



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 47. Quinque Præsules ab Innocentio XII. Papa Purpuratorum Collegio
adscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. Romæ exiit, annos natus octoginta
A. C. 1697. quinque.

§. XLVII.

*Quinque Præsules ab Innocentio XII.
 Papa Purpuratorum Collegio
 adscripti.*

Pluribus Cardinalibus intra biennium
 vita functis Innocentius XII. Pon-
 tifex Maximus hoc anno die vigesima
 secunda Julii quinque Præsules scientia,
 ac dignitate claros ad diversorum Prin-
 cipum preces Romana decoravit Pur-
 pura: Hos inter primus erat Ludovi-
 cus de Susa patria Lusitanus, ibidem-
 que Archiepiscopus. II. Georgius Cor-
 narus Venetus Rhodiensis Archipræ-
 sul, Apostolicus apud Lusitaniæ Regem
 Nuntius, ac postea Patavinus Episco-
 pus Presbyter Cardinalis tit. SS. Duo-
 decim Apostolorum. III. Petrus de
 Cambout de Coislin, Aurelianensis
 Episcopus natione Gallus, Presbyter
 Cardinalis tit. S. Trinitatis in Monte
 Pincio. IV. Fabritius Paulutius, Fo-
 rojuliensis, quem tamen adhuc in pe-
 ctore servatum, Innocentius primum
 sequenti anno promulgaverat. V. Vin-
 centius Grimani, Venetus, Lucedien-
 sis Abbas Cardinalis Diaconus tit. S.
 Eustachii. His alii adjiciunt Alphon-
 sum

sum de Aquillar de Cordua Pro - Re- Sæc. XVII.
gem Sardinæ, qui ab Innocentio XII. A. C. 1697.
in supremum Hispaniæ Inquisitorem
electus, biennio post nonnisi quadra-
ginta sex annos natus decessit, quin
adhuc consuetum electionis suæ diplo-
ma a summo Pontifice accepisset.

§. XLVIII.

*Quædam Sacrarum Congregationum
decisiones.*

Hoc item anno plura decreta, quæ in Decis. S.
Sacris Romanis Congregationibus Congr. Rit.
edita fuere, occurrunt, & quidem pri- Episc. Rotæ
mo die vigesima Januarii Sacra Episco- Et c.
porum Congregatio censuit, Claves
Sacrarum Reliquiarum, quæ in Ec-
clesiis Regularium asservantur, non re-
linquendas esse apud sæculares, licet
sint Domini Capellarum, in quibus hæ
custodiuntur: ejusdem vero Mensis die
vigesima sexta Sacra Concilii Congre-
gatio decidit, quod si accedente Epi-
scopo ad Exemptorum Ecclesias pro
celebranda Missa Pontificali, nollent
exempti cum obsequiis solitis juxta
præscriptum decretorum Sacræ Con-
gregationis Rituum, & Apostolicorum,
recipere, & servire, ac juxta solitum
de cera & supellestilibus providere, vel
ei Baldachinum erigere, tunc ratione
con-